



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Longinus. 15. Martii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

familiariter uti; tunc Deus cognoscitur perfectiùs; & ardentius amatur. Et hæc cognitio, & hic amor comprehensorum perfecta felicitas est; viatorum autem inchoata. Te ipsum testor, num lacrimæ, quas peccatorum dolor elicit in oratione, suaviores sint, quàm quæ tuis verbis possint explicari?

S. LONGINUS.

15 Martii.

Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes JESVM, viso terra motu, & ijs qua fiebant, timuerunt valde, dicentes: verè filius Dei erat iste. Matth. cap. 27.

LONGINUM ajunt Centurionem ejus cohortis fuisse, quæ Servatori & è cruce pendenti & tumulo condito custodiæ causâ tuit addita; Eundem lanceâ latus hausisse sacratissimum, geminosque amoris fontes sanguinis & aquæ nobis dedisse, auctori etiam suo salutare, quippe cujus oculis medicinam fecisse liquor illapsus memoratur. Id certè nemo negaverit, tot miraculorum spectatori mentis oculos apertos esse, &

M s

cum

cum facinus jam suum ac judæorū videret, pectus planxisset, & testimonium divinitatis Crucifixo dedisset. Id cum & tunc & in publico post concilio fecisset, odiumq; ingens sibi conflasset, Cappadociam gemino cum comite petiit. Sed & invidia comes ivit judæorum, & missi à Pilato, qui caput LONGINI referrent. In hos dum fortè offendit, ipse cognitos incognitus domo excipit, habetque perliberaliter. Postridie LONGINUS LONGINUM prodit, mirante, & tesseram hospitii frangere ipso hoste renuente. Sed animos addit LONGINUS, jamq; Martyrum purpuram ambiens, vestes candidas induit, animamq; cælo, caput Pilato dat ferendū. Hic nobile spoliū in finetū abjecit; Prodidit tamen iterum se Divus, &, ut sepulchro caput cum filii cadavere conderet, matronam oculis destitutam monuit. Itaque tantum thesaurum reperit cæca. Sed & oculos unà reperit.

Ex Metaph. & vita Christi Germ.

MEDITATIO

De vulneribus Jesu Christi.

- I. **U**T JESUM redames, aspice vulnera manuum, pedum, ac lateris ejus, An possem te

NON

deret, non amare, suavissime Jesu, cum tam acerba mea
 itatis causa tuleris! Sanguinem fudisti, ut ex faucibus
 n pu. tartari eriperes me, & omnia passionis tuae merita
 agens mihi ultrò concessisti. Per sacrum lateris vulnus,
 cum sive cor Jesu, anime mi, ipsi loquere, & tibi vi-
 ivit cissim loquenti aurem praebe. *Per foramina corporis*
 LON. *patent mihi arcana cordis.* Aug.

2. An desperationis spiritu tentaris propter sce-
 lera, gehennae timorem, aut salutis difficultatem?
 Au superbiae? an libidinis? quacumque demum
 vexeris tentatione, fuge in apertum Jesu latus,
 Sed ipsumque Jesum audies dicentem tibi: Qui fieri
 rum posset, fili, ut mortem tuam vellem ego, qui pro
 iuit, te mortuus sum? hoc unum volo, finem ponas
 ndū. peccatis tuis: nam si ex me tot cruciatus expetie-
 Pro- rit Pater meus ob peccatum Adae, quid ex te?

3. An opprobriis, moerore, doloribus afflicta-
 ris sic, ut nec habeas quidem, qui te consoletur?
 Advolâ in latus Salvatoris, en! refu-
 gium tuum, ibi consolatorem, amicum, protecto-
 rem invenies. Vide quid pro te passus sit Christus.
 Tuos illi dolores expone, illumque audi suos ex-
 ponentem. Ejus extenduntur brachia ad amplexum,
 patet cor ad perfugium. *Opera manuum tuarum Do-*
mine ne despicias, vulnera manuum tuarum, precor, ut
aspicias. August.

S. ABR]